Nota ad inueniendum igitur regiones pro-
uincias: maria: flumina: montes: & ciuitates
necnō inſularū ſitꝰ vbi incipiūt vbiue finiūt
Do primo exemplum in quo libro in quot-
to capitulo: & in qua tabula ſit poſita mater
noſtra videlicet Ieruſalem: Intrabo igitur
lrām I & inuenio Irl̄m· libro quinto capitu-
lo ſedecimo tabula quarta aſie. Intrabo quī
tam librum· ca 16· & inuenio Ieroſolima q̄
nūc dicitur capitolia ex directo· 66· gradꝰ
longitudinis· & 31 ʒ· latitudinis Intrabo
ergo quartā tabulam aſie cū· 66· gradus tā
inferius q̄ ſuperius adnotatos & fac pen-
diculum ſtare ſiue filum. Similiter accipe g̃-
dus latitudinis ſcilicet· 31 ʒ· ex ambabus p
tibus. Et fac iterum filum ſiue pendiculum
ſtare Et preciſe ſub cruce amborum pendicu
lorum poſitus ē punctus· crocei coloris q̄
eſt ciuitas: & ſcriptura poſita cū puncto eſt
Ieruſalem Sic cum omnibus et ſingulis faci
endum eſt:·

Item tria ſunt conſideranda in hoc Regiſtro
Primo qđ actor non intendit oſ̄dere qua-
lis nunc ſit ſtatus religionis chriſtiane: ſed
qualis fuerit: vt dolentes catholici: de ſuo
damno penitentiam agentes: prouidere ſtu-
deant: & que per victorias martirum & ſan
ctimonialium: confeſſorum conqſita erāt his
diebus perdita recuperare procurent·

Secūdo qđ non intendit principaliter oſtē
dere: vbi ſancti venerantur: & eccleſias ha-
bent conſtructas: aut corpa eorum tranſlata
ſed precipue vbi nati: vbi militauerunt: &
vbi mortui ſunt·

Tertio qđ lector attēdat: breuia ſcripta ſub
ciuitatibus· nam ibi in ſummario vt plurimi
de vita ſanctoꝝ inueniet aliquando breuia·
aut ps eorū ſubſcribitur ciuitatibus·